Quia. Initiū ſcti euāgelij ſm
In principio Johannē.
erat v̇bū ꝛ v̇bū erat apd̄
deū: ꝛ de⁹ erat v̇bū. hoc erat ī
principio apud deū. Oīa p ip
ſum facta ſūt: ꝛ ſine ip̄o factū
ē nihil. Et reli. Omel'. venera.
Quia tpalē me- Bede pbr̄i.
diatoris dei ꝛ hoim. hois ieſu
chr̄i natiuitatem: q̄ hodierna
die facta ē ſctōꝝ v̇bis euāgeli
ſtaꝝ Mathei vicꝫ ꝛ Luce ma
nifeſtatā cognouim⁹. Liber ēt
de v̇bi id eſt diuinitatꝭ ei⁹ eter
nitate in q̄ p̄ri manet ſp eq̄lis
btī Joānis euāgeliſte dicta p
ſcrutari: q̇ ſingulari p̄uilegio
meruit caſtitatꝭ vt ceterꝭ alti⁹
diuinitatꝭ ipſi⁹ capet ſit' ꝛ pate
faceret archanū. Neq̈ eīn fru
ſtra in cena ſup̄ pect⁹ dn̄i ieſu
recubuiſſe phibet: ſed p hoc
tipice docet: q̇a celeſtꝭ hauſtū
ſapiētie ceterꝭ excellēti⁹ de ſanc
tiſſimo eiuſdē pectoris fonte
potauerit. Tu. ℟. Verbū ca
ro factū ē ꝛ habitabit ī nobis cu
ius glām vidim⁹ quaſi vnigeniti
a p̄re. Plenū grā ꝛ v̇itate. ℣. In
p̄ncipio erat v̇bū ꝛ v̇bū erat apd̄
deū ꝛ de⁹ erat v̇bū. Plenū grati.
Glā p. Plenū grā. Finito hoc
vltio r̄ſorio ſtatim ſubinfert
miſſa ſctē noctis q̄ finita legit
euāgeliū Mathei. Liber gn̄a
tiōis. quo lecto dicit Te deū.
Et hoc ē verū ī chorꝭ vbi ma
tutine ꝛ miſſa cātant. Sed le
gētes horas canōicas p̄nt ſta
tim poſt nonū r̄ſoriū incipe
Te deū. Quo finito Laudes
alta voce ſine v̇ſi. ꝛ De⁹ in ad
iutoriū. incipientur. Laudes.
Quē vidiſtis paſtores dicite an
nūciate nobis in terris q̇s appa
ruit natū vidim⁹ in choro ange
loꝝ ſaluatorē dn̄m alla all'. An̄.
Genuit puerpa regē cui nomen
eternū ꝛ gaudiū m̄ris hn̄s cū v̇
ginitatꝭ pudore. nec primā ſitem
viſa ē. nec hīc ſequētē alla. An̄.
Angelus ad paſtores ait. annun
cio vobis gaudiū magnū. q̇a na
tus ē nobis hodie ſaluator mūdi
alla. An̄. Facta ē cū angelo mlt
titudo celeſtis exercit⁹ laudantiū
ꝛ dicentiū. glā in excelſis deo ꝛ in
terra pax hoib⁹ bone volūtatꝭ al
leluia. An̄. Paruul⁹ fili⁹ hodie
natus eſt nobis ꝛ vocabit de⁹ for
tis alla alla. Stati ſine Caplo
ꝛ v̇ſi. dicet an̄. ſup bn̄dic. Su

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

p̄ Bn̄dic. An̄. Gl'a in excelſis
deo ⁊ in terra pax hoib⁹ bone vo
luntatis all'a all'a. Coll'a.
Concede qs̄ omp̄s de⁹
vt nos vnigeniti tui noua p̄
carnē natiuitas liberet: q̄s ſb
pctī iugo vetuſta ſeruit⁹ tenet.
Per eundē. Sequit an̄. imme
diate dicēda de btā maria vir
gine. An̄. Ecce cōpleta ſūt oīa
q̄ dicta ſūt p angelū de vgīe ma-
ria. ℣. Bn̄dict⁹ qui venit ī noīe
dn̄i all'a. De⁹ dn̄s ⁊ illuxit nobis
Deus q̄ per Coll'a. all'a.
btē marie virgis partū
ſine hūana ↄcupiſcētia ꝑcrea
tū in filij tui mēbra venientes
paternꝰ feciſti ꝑiudicijs nō te-
neri: p̄ſta qs̄. vt hui⁹ creatu
re nouitate ſuſcepta vetuſtatꝰ
ātique ↄtagijs exuamur. Per
eundē dn̄m. Ad horas dicūt
an̄e. de laudib⁹ ſine hym. Ad
Prop primā. Caplm.
ter hoc ſciet ppl's meus
nomē meū in die illa: q̄a ego
ip̄e q̄ loq̄bar ecce aſſum. De.
℟. Chr̄e fili dei viui Miserē no-
bis all'a all'a. ℣ Qui nat⁹ es de
maria vgine. All'a all'a. Gl'a pa.
Chr̄e fili. ℣. Exurge dn̄e adiuua
nos. Et libera nos ꝓpter nomen
ſctm̄ tuū. Kyrieleyſon. Chr̄eley
ſon. Kyriel. Pater no. Credo.
Et p̄ces ſcꝫ Judica dn̄e nocen-
tes me. cū reliq̄s ſicut p annū
totū ſeruat. Coll'. Cōcede q̄s

omp̄s de⁹. vt's ad matutinas
Nota iſte ordo ſic ſeruat ad
primā vſqꝫ ad feſtū ephie dn̄i
mutatꝰ aliq̄n an̄. ſm qd laud.
occurrūt. Ad tertiā. Caplm.
Multipharia multiſqꝫ
modis olim de⁹ loq̄ns
ptib⁹ in ꝓphetꝰ: nouiſſime vo
dieb⁹ iſtꝰ loquut⁹ eſt nobis in
filio ſuo: quē ↄſtituit heredē:
vniuerſoꝝ p quē fecit ⁊ ſecula
Deo g. ℟. Verbū caro fcm̄ eſt
All'a all'a. ℣. Et habitabit ī no-
bis. All'a all'a. Gl'a pa. Verbū
caro. ℣. Notū fecit dn̄s. vt in-
fra ad ſextā. Coll'a. Concede
q̄s omp̄s de⁹. vt's ad matut.
Ad ſextā. Capl'. Multipha-
riā multiſqꝫ mo. vt's ad tertiā
℟. Notū fecit dn̄s. All'a all'. ℣.
Salutare ſuū. All'a all'a. Gl'a p.
Notū fe. ℣. Bn̄dict⁹ qui venit
in noīe dn̄i all'a. vt infra ad no
nā. Coll'a. Cōcede q̄s omp̄s
de⁹. vt's ad matuti. Ad. ix. Ca
plm. Multipharia multiſqꝫ
mo. vt's. ℟. Bn̄dict⁹ qui venit
in noīe dn̄i. All'a all'a. ℣. Deus
dn̄s ⁊ illuxit nob. All'a al. Gl'a
pa. Benedict⁹. ℣. Verbū caro
fcm̄ ē all'a. vt's ad tertiā. Coll.
Cōcede qs̄ omp̄s de⁹. vt's
ad matuti. In ſcdis v's ſuper
ps. An̄. Tecū p̄ncipiū in die v-
tutis tue ī ſplēdorib⁹ ſctoꝝ ex vte
ro ante luciferū genui te. Pſal.
Dixit dn̄s dn̄o meo. An̄. Re



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dempt[..]. misit dñs pplo suo mã
dauit ineternũ testamentũ suũ.
Ps. Cõfitebor tibi dñe in to.
Añ. Exortũ ē in tenebris lumen
rectis corde misericors et misera
tor ⁊ iust⁹ dñs. Ps. Btũs vir
q̃ timet dñm. Añ Apud dñm mi
sericordia ei⁹ et copiosa apud eũ
redēptio. Ps. De ꝓfund[is] cla
ma. Añ. De fructu ventris tui
ponã sup sedē tuam. Ps. Me
mēto dñe da. Hym. A sol[is] or
tus car. Capl'm. Multipha-
riã multisq; modis. vls ad
tertiã. V. Verbũ caro factũ est
all'a. Et habitabit in nobis all'a
Sup mgt. Añ. Lux orta ē sup
nos q̃a hodie nat⁹ est saluator al
leluia. Coll. Cõcede q̃s omi
potēs de⁹. vls ad matutinas
Sequit̃ de scto stephano Añ.
Patefacte sũt ianue celi chri mar
tiri stephano q̃ in nũero sctõꝝ in
uent⁹ est prim⁹. ⁊ ideo triũphat ĩ
celis coronat⁹ all'a. V. Gl'a ⁊ ho
nore coronasti eũ dñe all'a. Et cõ
stituisti eũ sup opa manuũ tuaꝝ
Omnipotēs Coll'a. all'a.
sempiterne de⁹ q̃ p̃miti
as martirũ in beati leuite ste-
phani sanguĩe dedicasti: tri-
bue q̃s. vt ꝓ nobis ꝑpetu⁹
intercessor existat. qui pro suis
etiã ꝑsequutoribus exorauit.
Dñm nr̃m iesum chr̃m. q̃ tecũ
viuit ⁊ reg. Nota isto modo
vt sequit̃ seruat̃ ad Cõpleto-
riũ vsq; ad vigiliã Epĩe do-
mini exclusiue. Ad cõpletori.
Corde natus Hymn⁹.
ex parēt[is] ante mũdi exor-
diũ alpha ⁊ o cognominat⁹ ipse
fons ⁊ clausula oĩm q̃ sũt fue-
rũt. queq; post futura sũt secu
lorũ seculis. Beat⁹ part⁹ ille
virgo cũ puerpa edidit nr̃am
salutē. feta sc̃tospũ ⁊ puer re-
dēptor orbis os sacratũ ꝓtu-
lit sec'loꝝ seclis. Psallat alti-
tudo celi. psallant oẽs angeli
q̃cq̃d ē virtut[is] vsq; psallat in
laudē dei nulla liguaꝝ silescat
vox ⁊ oĩs ꝯsonet sec'loꝝ seclis
Ecce quē vates vetustis ꝯci-
nebãt seclis. quē ꝓphetaꝝ fide
les pagine spospõderant emi
cat ꝓmissus olim cuncta col-
laudãt deũ sec'loꝝ seclis. Te
senes ⁊ te iuuēt⁹ paruuloꝝ te
chorus turba matrũ virginũ
q; simplices puellule voce cõ
cordes pudici ꝑstrepēt ꝯcēti-
bus sec'loꝝ seclis. Tibi chr̃e
sit cũ p̃re ayoq; spũ ymn⁹ me-
los laus ꝑhennis graꝝ actio.
honor virt⁹ victoria regnũ et-
nalit̃ sec'loꝝ seclis. Amē. Ca-
Popul⁹ gentiũ qui pl'm.
ambulabat in tenebris
vidit lucē magnã habitãtib⁹
in regiõe vmbre mort[is] lux or-
est eis. Deo g. V. Notũ fecit do
minus all'a. Salutare suũ all'a.
Ad Nũc dimit. Añ. Verbũ

caro factũ eſt ⁊ habitabit in nob ⁊ vidimꝰ glãm eiꝰ glãm q̃ſi vnigeniti a pr̃e plenũ gr̃a ⁊ veritate all'a. Nota hec iã dicta añ. dicit ſup Nũc dimit. vſq; ad vigiliã Circũſionis dñi. Sed a vigilia Circũciſiõis dñi vſq; ad vigiliã Ephie dñi dicetur añ. ſequẽs. Añ. Glorificamꝰ te dei genitrix q̃a ex te natꝰ eſt chr̃s ſalua oẽs q̃ te glorificãt. Kyrieleyſon ſemel. Chr̃eley. ſemel. Kyrieleyſon ſemel. Pater no. Credo. ⁊ p̃ces. B̃ñdicamꝰ patrẽ ⁊ filiũ. cũ reliq̃s ſicut p totũ annũ ꝯſuetũ ẽ. Coll.

Preſta q̄ſ omĩpotens deꝰ vt natꝰ hodie ſaluator mũdi ſicut diuĩe nobis gñatiõis eſt autor: ita ⁊ ĩmortalitatꝭ ſit ipſe largitor. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpi. Nota Si dies natiuitatꝭ chr̃i. ſctõꝝ ſtephani ꝓthomartirꝭ. Joãnis euãgeliſte. vl' Innocentũ ceciderit in diẽ dñicã. tũc omelia dñicalis ſp ꝓrogat in p̃mã diẽ ⁊ feriã poſt diẽ Innocentũ. Et ſeruabit ibidẽ cũ tribꝰ añ. ⁊ pſ. p̃mi nocturni diei ſãcte. Sed r̃nſoria de hiſto. dñicali. In nocte ſcti Stephani Ad matuti. Inuitato. Chr̃m natũ q̃ btm̃ hodie coronauit ſtephanũ. Venite adoremus. Pſ. Venite exulte. In. j. noct. añ. Btũs ſtephanꝰ iugi legis dei meditatõe roboratꝰ tamq̃ lignũ fructiferũ ſecus ſalutariũ decurſus aquarũ plantatũ fructũ martirij in tpe ſuo dedit primꝰ. Pſ. Beatus vir q̃ nõ. Añ. Conſtitutꝰ a deo p̃dicator p̃ceptorũ eiꝰ in timore ſctõ illi ſeruire ſtuduit. officioq; fideliter pacto ĩ montẽ ſanctũ eiꝰ aſcendere dignꝰ fuit. Pſ. Quare fremuerũt gẽ. Añ. In tribulatõe lapidũ ſe p̃mentiũ poſitus millia ppl'i ſe circũdãtis nõ timuit. q̃a ſuſceptorẽ ſuũ iheſum vt eũ ſaluũ faceret exurgere vt ĩ celo vidit. Pſ. Dñe q̃d mul. V. Gl'a ⁊ honore coronaſti eũ domie all'a. Et ꝯſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuarũ all'a. Lect. j. Sermo Fulgentij epi.

Heri celebrauimꝰ tpalẽ ſempiterni regis nr̃i natalẽ: hodie celebramꝰ triumphalẽ militis eius paſſionẽ. Heri enim rex noſter trabea carnis indutus de aula virginalis vteri egrediens viſitare dignatꝰ eſt mũdum: hodie miles de tabernaculo corpis exiens. triũphator migrauit ad celũ. Ille ſempit̃ne deitatꝭ maieſtate ſeruata ſeruile cũctoꝝ carnis aſſumẽs ĩ huiꝰ ſecl'i cãpũ pugnaturꝰ intrauit: iſte depoſitis corruptibilibꝰ corpis ĩdumẽtꝭ ad celi palatiũ ꝑhẽnit regnaturꝰ aſcẽdit. Tu. R. Stephanꝰ aũt plenꝰ gratia ⁊ fortitudine. Faciebat ſigna magna et prodigia in populo.

V. Et nõ poterãt reſiſtere ſapiẽ-
tie ꝛ ſpũi qui loq̃bat̃ Faciebat.
Ille deſcẽdit carne Lect. ij.
velatus. iſte aſcẽdit ſanguine
laureat⁹. Aſcẽdit iſte lapidan
tibus iudeis: q̃a ille deſcendit
letantib⁹ angelis. Glã in excel
ſis deo heri exultantes angeli
ſancti cantauerũt. Hodie ſte-
phanũ letãtes in ſuũ cõſortiũ
ſuſceperũt. Heri dñs exiuit de
vtero virginis: hodie miles
egreſſus ẽ de ergaſtulo carnis
Tu aũt. R. Videbãt oĩes ſte
phanũ qui erãt in cõſilio. Et in-
tuebant̃ vultũ eius tanq̃ vultũ
angeli ſtant̃ inter illos. V. Ste
phanus autem plen⁹ grã ꝛ for-
titudine faciebat ſigna ꝛ ꝓdigia
magna in populo. Et. Lect. iij.
Heri chriſtus pro nobis pan
nis eſt inuolutus: hodie ſte-
phanus ſtola eſt ab eo imorta
li indutus. Heri p̃ſepis an-
guſtia chrĩm portauit infantẽ:
hodie imenſitas celi ſuſcepit
ſtephanũ triumphantẽ: So-
lus deſcendit domin⁹ vt mul
tos eleuaret. Humiliauit ſe
rex noſter vt ſuos milites exal
taret. Qui enĩ corpori ſuo vir
ginis p̃parauit vterꝫ: ipẽ mar
tiri ſuo apire dignat⁹ eſt celũ.
Tu aũt. R. Lapidabant iudei
ſtephanũ inuocantẽ ꝛ dicẽtẽ. Do
mĩe ieſu chriſte accipe ſpm̃ meũ.
ꝛ ne ſtatuas illis hoc pctm̃. V.
Poſitis aũt genibus ſtephanus
orabat dicẽs. Dñe ieſu. Glã pr̃i.
Dñe ieſu. In ſcdo noctur. añ.
Lumĩe vultus tui dñe inſignit⁹
ꝓthomartir ſtephanus ſacrifi-
ciũ iuſticie ſeipm̃ tibi ſacrificauit
ideoqꝫ in leticia cordis ĩ pace ob
dormiẽs requieſcit. Ps. Cum
inuocarẽ. Añ. Bñdictiõis tue
dñe mũere iuſtificat⁹. ꝛ ſcuto tue
ꝓtectionis in paſſione munitus
nõis ſui coronã ſtephan⁹ a te re-
cipe meruit. Ps. Verba mea.
Añ. O q̃ admirabile eſt nomen
tuũ dñe deus noſter. ꝓ quo bea-
tus ſtephanus paſſus. glã ꝛ ho-
nore a te eſt coronat⁹. ꝛ ſup celos
dono tue magnificẽtie exaltatus.
Dñe dñs noſt. V. Poſuiſti dñe
ſup caput ei⁹ allã. Coronã de la-
pide precioſo allã. Lectio. iiij.
O Dñin⁹ chr̃s anguſtias
intrare nõ dedignat⁹ eſt
vteri: vt aĩam ſtephani lati-
tudo ſuſcipet c. li. Neceſſariũ
nobis eſt fratres agnoſcere q̃
bus armis p̃cinctus ſtephan⁹
ſeuiciã iudeorũ potuit ſupare
vt ita meruiſſet feliciter trium
phare. Neqꝫ puipendẽda ſũt
talis virtus taliſqꝫ triũphus
Tu. R. Stephanus ſeruus dei
quẽ lapidabãt iudei. vidit celos
aptos vidit ꝛ introiuit. Beatus
hõ cui celi patebũt. V. Vidit be
atus ſtephan⁹ celos apertos vi
dit ꝛ introiuit. Beatus. Lect. v.

Haud vo vilib⁹ armis potu-it pmũiri: q̇ a multꝭ nõ potu-it ſuparī. Inuicte namq̨ in eo emicuit iſigne vtutꝭ: q̄ nec fre-mentiũ ſeuiciã formidauit nec lapidãtiũ ictib⁹ deuicta ſuccu-buit. vſq̨ adeo btũs ſtephan⁹ int̃ fremẽtes pmãſit iterrit⁹ ⁊ int̃ lapidũ cruciamẽta fuit ſe-cur⁹ vt incrudelitatẽ iudeoꝝ fi-dẽt argueret ⁊ benign⁹ ꝑ lapi-dantib⁹ exoraret. Tu. ℟. Im-petũ fecerũt vnanimes in eũ et eiecerũt eũ extra ciuitatẽ inuocã-tẽ ⁊ dicẽtẽ. Dñe accipe ſpm̃ meũ ℣. Poſitis aũt genib⁹ btũs ſte-phan⁹ orabat dicẽs. Dñe. Lect. vi.

Lapidãtes nõ repcutiẽs ſed paciẽs ſuparet: inſup ⁊ oc-ciſus aulã celeſtis regni viu⁹ ⁊ coronat⁹ itraret. Proculdu-bio munimĩe regio ſcept⁹ nul-laten⁹ eſt ab aduerſarijs ſupa-tus qm̃ rex nr̃ cũ ſit altiſſim⁹ ꝑ nobis hũilis venit ſed ina-nis ventre nõ potuit. Tu. ℟. Impij ſup iuſtũ iacturã fecerũt vt eũ morti traderẽt. At ille gau-dẽs ſuſcepit lapides vt mereret̃ accipe coronã glĩe. ℣. Vidit be-atus ſtephan⁹ celos aptos vidit et introiuit. At ille. In. iij. noct. In dño deo ſuo ↄfiſus fortis ath-leta ſtephan⁹ lapidũ fortiter ſuſti-nuit ictus ⁊ idcirco ad montẽ v-tutũ tranſmigrauit victorioſus. Ps. In dño ↄfido. Añ. Si-ne macula btũs ſtephan⁹ ingreſ-ſus ẽ dñe ĩ tabernaculũ tuũ ⁊ q̇a opatus ẽ iuſticiã requieſcet in mõ-te ſctõ tuo. Ps. Dñe q̇s habi-tabit. Añ. Dñe virt⁹ et leticia iuſtoꝝ qm̃ tu puenisti dilectũ ti-bi ſtephanũ dono gratuite bñdi-ctionis te primũ ſecut⁹ eſt morte glõſe paſſionis. Unde cũ corono martirij dediſti ei vitã in ſeculũ ſeculi. Ps. Dñe in virtute. ℣. Magna ẽ glĩa ei⁹ in ſalutari tuo alla. Glãm ⁊ magnũ decorẽ ipo-nes ſup eũ dñe alla. S. Math.

In illo tẽ. Dicebat ieſus turbis iudeoꝝ ⁊ pncipi-bus ſacerdotũ. Ecce ego mit-to ad vos ſapiẽtes ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetꝭ ⁊ crucifigetꝭ ⁊ ex illis flagellabitis in ſyna-gogis vr̃is. Et reliq̄. Omelia btĩ Hierony. pbr̃i.

Hoc qđ antea dixerã implere menſurã patrũ vr̃oꝝ ad pſonã dñi pti-nere eo qđ occidẽdus eſſet ab ipis: põt ⁊ ad diſciplõs eius referri de quib⁹ nũc dicit. Ecce ego mitto ad vos ſapiẽtes ꝓ-phetas ⁊ ſcribas ⁊ ex illis oc-cidetis ⁊ flagellabitꝭ ⁊ crucifi-getis in ſynagogis vr̃is et pſe-q̇mini de ciuitate in ciuitatẽ ⁊ cõpleatꝭ menſurã patrũ vr̃oꝝ Silr̃ q̨ obſerua iuxta aplm̃ ſcri-bente ad chorintios varia do-na eſſe diſciplõꝝ chri. Tu. ℟. Lapides torrẽtes illi dulces fue-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

runt. Ipm ſequunt oēs aīe iuſte
℣. mortē quoqꝫ quā ſaluator di-
gnatꝰ eſt ꝓ oīb' pati hāc ipē p-
mus reddidit ſaluatori. Ipſum
A lios ꝓphetas q̄ Lect. viij.
futura p̄dicant. alios ſapiētes
q̄ nouerūt qn̄ debeāt ſermōes
ꝓferre. alios ſcribas i lege do
ctiſſimos. Ex quibꝰ lapidatꝰ ē
ſtephanꝰ. paulꝰ occiſus. cruci-
fixus petrus. flagellati in acti
bus aploꝝ diſcipuli ꝛ pſecuti
ſūt eos. De ciuitate in ciuitatē
expellētes de iudea vt ad gen
tiū pplm traſmigrarēt. Tu a.
℟. Heſterna die dn̄s natꝰ eſt in
terris vt ſtephanꝰ naſceret in ce-
lis. Ingreſſus eſt dn̄s mūdū vt
ſtephanꝰ ingrederet in celū. ℣.
Stephanꝰ vidit celos aptos vi-
dit ꝛ itroiuit. Ingreſſus. Le. ix.
V t veniat ſup vos oīs ſang
nis iuſtus q̄ effuſus ē ſup ter-
rā a ſanguīe abel iuſti vſqꝫ ad
ſanguinē zacharie filij barach
ie q̄ occiſus ē int templū ꝛ al-
tare. De abel nulla ē ambigui
tas qn̄ is ſit quē cayn frat oc-
ciderit. Juſtus aūt nō ſolum
nūc ex dn̄i ſentētia ſed ex gene
ſis teſtimonio cōprobat. vbi
accepta eiꝰ a deo narrant mūe
ra. Tu. ℟. Patefacte ſūt ianue
celi chr̄i martiri btō ſtephano q̄
in nūero ſctōꝝ inuētus eſt primꝰ
Et ideo triūphat in celis corona
tus. ℣. Poſitis aūt genibus ſte-
phanus clamauit voce magna
dicens. dn̄e ne ſtatuas illis hoc
peccatū. Et ideo. Glia patri. Et
ideo. ℣. Poſuiſti dn̄e ſup caput
eius allā. vts. Laudes. Cū au
tē eſſet ſtephanus plenꝰ ſpūſctō
intendēs in celū vidit gl'iam dei
ꝛ ieſum ſtantē ad dexterā patr.
An̄. Lapidabāt iudei ſtephanū
inuocantē ꝛ dicentē dn̄e ieſu acci
pe ſpm̄ meū. An̄. Adheſit aīa
mea poſt te q̄a caro mea lapida
ta eſt ꝓ te deus meꝰ. An̄. Ste-
phanus vidit celos aptos vidit
ꝛ introiuit btūs hō cui celi pate-
būt. An̄. Poſitis aūt genibꝰ cla
mauit voce magna dicēs ſtepha
nus dn̄e ieſu ne ſtatuas illis hoc
S Tepha- Capłm. pctm̄.
nus plenꝰ gr̄a et fortitu-
dine faciebat ꝓdigia et ſigna
magna in pplo. ℣. Juſtus vt
palma florebit allā. Sicut cedrꝰ
libani multiplicabit i domo dn̄i.
Sup Bn̄dic. Eiicientes eū ex-
tra ciuitatē lapidabant et teſtes
miſerūt veſtes ſuas ſecus pedes
adoleſcentis q̄ vocabat ſaulus.
D A nobis qs̄ Colla.
oīpotēs deꝰ imitari qđ
colimꝰ vt diſcamꝰ ꝛ inimicos
diligere q̄a eius natalicia cele-
bramꝰ q̄ nouit etiā ꝓ pſecuto-
ribꝰ exorare. dn̄m nr̄m. Seq̄t
de feſto An̄. Hodie natꝰ eſt no
bis rex regū dn̄s. hodie venit no
bis ſalus mūdi redēptio nr̄a allā.
℣. Bn̄dictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i
allā. Deꝰ dn̄s ꝛ illuxit nob allā.

Colla. Cōcede qs ops de⁹.
Laudes dicunt ad horas. R.
de vno martire cū alla ſicut i
paſca. Cap. ⁊ Coll. vts. No=
ta qd hymni nō dicunt ad ho
ras vſq post octauā Ephie
dñi. In ſcdis vs añe. ſup ps.
Iocūdus hō qui miſeret in dño
nō cōmouebit ieternū. Ps. Be
at⁹ vir q ti. An. Quid retribu
am dño p omibus que retribuit
mihi calicē ſalutar accipiā. Ps
Credidi. An. Dñe libera ani=
mā meā a labijs iniqs ⁊ a ligua
doloſa. Ps. Ad dñm. An. Mi
ſerere mihi dñe miſerere mihi q:
multū repletus ſum deſpectōne.
Ps. Ad te leuaui. An. Suſti
nuit aia mea in verbo dñi ſpera=
uit aia mea in ipo. Ps. De p=
fundis. Hym. A ſolis ort⁹.
Nota q iſte hymn⁹ dr ad vs.
vſq in vigiliā Ephie. Capl.
vts. V. Poſuiſti dñe ſuper caput
ei⁹ alla. Coronā de lapide pcioſo
alla. Sup mgt. Intuēs in celū
btūs ſtephan⁹ vidit gliam dei et
ait ecce video celos aptos ⁊ filiū
hois ſtantē a dextris dei. Colla
vts. Sequit de feſto añ. Ho=
die xps natus ē. hodie ſaluator
apparuit. hodie in terra canunt
angeli letant archāgeli. hodie ex
ultāt iuſti dicētes. gla in excelſis
deo alla. V. Verbū caro factū ē
alla. Et habitabit in nobis alla.
Colla. Cōcede qs ops de⁹.

De ſctō Iohāne R. Vox toni
trui tui de⁹ in rota iohānes ē euā
geliſta mōi p ambitū pdicās lu=
mē celicū q triūphās rome. La=
uit in vino ſtolā ſuā ⁊ in ſanguie
oliue palliū ſuū. V. Victo ſena=
tu cū ceſare vgineo corpore tripu
diat in igne. Lauit. Gla p. Lauit
V. In oēm terrā exiuit ſon⁹ eorū
Et in fines orbis terre vba eoꝝ.
Sup mgt. Valde honorād⁹ ē
btūs iohānes q ſup pect⁹ dñi i ce
ECcle Colla. na recubuit.
ſiā tuā qs dñe benign⁹
illuſtra vt bti iohānis aplī tui
⁊ euāgeliſte illumiata doctri=
nis ad dona pueniat ſempiter
na. Per dñm. Inuitato. Ado
rem⁹ regē aploꝝ q puilegio amo
ris iohannē dilexit aplm. Ps.
Venite exulte. In. j. noct. Io
hānes aplus et euāgeliſta vgo ē
electus a dño atq inter ceteros
magis dilect⁹. Ps. Celi enar.
An. Supra pectus dñi ieſu re=
cūbens euāgelij fluēta de ipſo ſa
cro dñici pectoris fonte potauit.
Ps. Bñdicā. An. Quaſi vn⁹
ex padiſi flumib⁹ euāgeliſta iohā
nes vbi dei grām i toto terraꝝ or
be diffudit. Ps. Eructauit. V.
Dediſti hereditatē alla. Timēti
b⁹ nomē tuū dñe alla. Re. j.
IOhānes apls ⁊ euāgeli=
ſta fili⁹ zebedei. frater iacobi.
virgo electus a domino atq
inter ceteros magis dilectus.

Qui etiã ſupra pect⁹ magri re-
cũbens euãgelij flucta de ipſo
ſacri dñici pectoris fonte pota
uit et quaſi vn⁹ de padiſi flu-
minib⁹ verbi dei grãm in toto
terrarũ orbe diffudit quiqȝ in
loco chri. chro iubẽte ſucceſſit
dñi ſuſcipiẽs matrẽ chri diſci-
pulus par: poſt chrm alter q̃
dãmodo derelict⁹ eſt fili⁹. Tu.
R. Valde honorãd⁹ ẽ btũs ioã
nes q̃ ſupra pect⁹ dñi in cena re-
cubuit. Cui chrs in cruce matrẽ
virginẽ virgini cõmendabat. V.
Mulier ecce fili⁹ tu⁹ ad diſciplin
aũt ecce mater tua. Cui chriſt⁹.
Hic dũ euãgeliũ chri Lect. ij.
in azia pdicaret a domiciano
ceſare in pathmos inſulã me-
tallo relegat̃ vbi etiã poſitus
apocalipſim ſcripſit. Interfec
to a ſenatu domiciano exilio
reſolutus receſſit epheſũ vbi
ob hereticoꝝ refutandas v̉ſu
tias efflagitatus ab aſye epis
euãgeliũ nouiſſim⁹ edidit. Cu
ius quidẽ inter alias virtutes
magnitudo ſignorũ hec fuit.
Mutauit i aurũ ſilueſtres frõ
diũ virgas littoreaqȝ ſaxa in
gẽmas: itẽ gẽmarũ fragmĩa i
ꝓpriã mutauit naturã. Tu a.
R. In illo die ſuſcipiã te ſeruũ
meũ ⁊ ponã te ſicut ſignaculũ in
ꝯſpectu meo. Qm̃ ego elegi te di
cit dñs. V. In tribulatõe iuoca-
ſti me ⁊ exaudiui te et liberaui

Viduã qȝ p̃- Le. iij. te. Qm̃.
cepto ppli ſuſcitauit ⁊ rediui-
uũ iuuenis corp⁹ remeãte aĩa
reparauit. Bibẽs letifeꝝ hau
ſtũ. nõ ſolũ euaſit periculũ ſed
etiã eodẽ ꝓſtratos poculo in
vite reparauit ſtatum. Hic aũt
anno ſexageſimo ſeptĩo poſt
paſſionẽ dñi ſaluatorꝭ ſub tra
iano pncipe lõgeue vetuſtatꝭ
ſenio feſſus cũ diẽ trãſmigra-
tiõis ſue iminere ſibi ſentiret.
R. Qui vicerit faciã illũ colum
nã i tẽplo meo dicit dñs. Et ſcri-
bã ſup eũ nomẽ meũ et nomẽ ci-
uitatis noue irlm. V. Vincenti
dabo edere de ligno vite qd̃ ẽ in
paradiſo dei mei. Et ſcribã. In
ſcdo noct. Añ. In feruẽtis olei
doliũ miſſus iohãnes apl̃s diui
na ſe ꝓtegente grã intact⁹ exiuit.
Ps. Dẽs gẽtes. Añ. Propter
inſepabilẽ euãgeliſandi ꝯſtantiã
exilio relegat⁹ diuine viſiõis ⁊ al
locutiõis meruit crebra ꝯſolatio
ne releuari. Ps. Exaudi de⁹ de
pca. Añ. Occurrit btõ iohãni
ab exilio reuertẽti oĩs ppl̃s viro
rũ ac mulieꝝ clamãtiũ ⁊ dicẽtiũ.
bñdict⁹ q̃ venit in noĩe dñi. Ps.
Exaudi de⁹ orõnẽ cũ deprecor.
V. Cõſtitues eos pncipes ſuper
oẽm terrã alla. Memores erunt
nois tui dñe alla. Lectio qrta.
Iuſſiſſe fert̃ ſibi effodere
ſepulchrũ atqȝ inde vale
dicẽs frib⁹ facta orone viuens

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tumulũ introiuit. deinde in eo
tanq̃ȝ in lectulo requeuit. Vn-
de accidit vt quidã eũ viuere
aſſerãt nec mortuũ in ſepulcro
ſed dormientẽ iacere ꝯtendãt:
Marie ꝓ eo qᵭ illic terra ſen
ſim ab ymo ſcaturiẽs ad ſupfi
ciẽ ſepulcri ꝯſcẽdat ⁊ quaſi fla
tu quieſcẽtꝫ deorſum ad ſupio
ra puluis ebuliat. T. R. Hic
eſt beatiſſimꝰ euãgeliſta aplꝰs io-
hãnes q̃ priuilegio amoris preci
pui Ceteris ampliꝰa dño meru-
it honorari. V. Hic ẽ diſciplꝰs il-
le quẽ diligebat ieſus q̃ ſupra pe
ctus dñi in cena recubuit. Ceterꝫ
Audi fabulã. nõ fabu Le. v.
lã ſed rẽ geſtã de btõ iohanne
aplõ ⁊ memorijs oĩm traditã
Cũ poſt tyrãni obitũ de path
mos iſula epheſum rediret ro
gabaꝫ vicinas illuſtrare ꝓui-
ciasquo vel eccłias fundaret
in quibꝰ nõ erãt locis vel in q̃
bus erãt ſacerdotibꝰ ac mini-
ſtris iſtrueret ſcḋm qᵭ ei de vno
q̃ȝ ſpũſſctũs indicaſſet. Tu a.
R. Diligebat aũt eũ iheſus qm̃
ſpẽalis ꝓrogatiua caſtitatꝫ am-
pliori dilectõne fecerat dignum.
Quia v̓go electꝰ ab ipo virgo in
euũ ꝑmanſit. V. In cruce deni-
q̃ȝ moriturꝰ matrẽ virginẽ virgi
ni cõmendauit. Quia. Lect. vi.
Cũ ergo veniſſet ad q̃ndã vr
bem haud lõge poſitã oĩnibꝰ
eccłiaſticis ſolẽniter. ad ipletꝫ

vidit iuuenẽ quẽdam validũ
corꝑe et vultu elegantẽ ſed et
anĩs acrẽ nimis. Reſpiciẽſq̃ȝ
ad epm̃ q̃ nuꝑ fuerat ordinatꝰ
hunc inquit tibi ſũmo ſtudio
cõmendo ſub teſtimonio chr̄i
⁊ totiꝰ eccłie Eps iuuenẽ ſuſci
piẽs oẽm ſe adhibiturũ ſicut
ꝓcipiebat diligentiã pollicetꝫ.
Sed iterũ atq̃ȝ iterũ eundẽ ſe
pius repetẽs iuuenẽ cõmẽda
bat attentiꝰ ⁊ poſt epheſum re
dit. Tu. R. Sic eũ volo mane
re donec veniã. Quid ad te tu me
ſequere. V. Hũc ergo cũ vidiſſꝫ
petrus dicit iheſu hic autẽ quid.
Quid ad te. In. iij. noctur. añ.
Apparuit charo ſuo iohãni dñs
iheſus chr̄s cũ diſcipulꝭ ſuis ⁊ ait
illi veni dilecte ad me q̃a tp̃s eſt
vt epuleris in ꝯuiuio meo cũ fra
tribꝰ meis. Ps. Cõfitebimur.
Añ. Expãdẽs manũ ſuã ad de
um dixit inuitatꝰ ad cõuiuiũ tuũ
venio grãs agẽs q̃a me dignatꝰ
es dñe ieſu chr̄e ad tuas epulas
inuitare ſciẽs qᵭ ex corde meo de
ſideraui te. Ps. Dñs r̄gnauit
exul. Añ. Dñe ſuſcipe me vt
cũ fratribꝰ meis ſim cũ quibꝰ ve-
niẽs inuitaſti me apꝫ mihi ianuã
vite ⁊ ꝑduc me ad ꝯuiuiũ epula
rũ tuarũ. tu es eñ chr̄us filiꝰ dei
viui q̃ ꝓcepto pr̄is mũdũ ſaluaſti
tibi grãs referimꝰ ꝑ iſinita ſecloꝝ
ſecła. Ps. Dñs regnauit iraſ
cantꝫ. V. Annũciauerũt opa dei

allꝉa. Et facta eiꝰ intellexerũt allꝉa
IN illo tp̄e S. Johannē.
Dixit ieſus Petro. ſeq̄re
me. Cõuerſus petrꝰ vidit illũ
diſcipulũ quē diligebat ieſus
ſequētē. Qui ⁊ recubuit in ce-
na ſupra pectꝰ eiꝰ ⁊ dixit. Dñe
q̄s tradet te? Et reliq̄. Dme.
Lectio venera. Bede p̄bri.
Sc̄ti euangelij q̄ nobis lecta eſt
frēs mei tāto maiori a nobis
intētiōe debet p ſingl'a v̄ba pē
ſari q̄nto magne gratie ſupne
dulcedine tota redundat. Cō
mēdat em̄ nobis beatiſſimus
euāgeliſta ⁊ apl's iohānes p̄ui
legiũ amoris p̄cipui q̄ ceteris
ampliꝰ meruit honorari. Rm.
Hic eſt diſcipulꝰ q̄ teſtimoniũ p-
hibet de hijs ⁊ ſcripſit hec. Et ſci
muꝰ q̄a verũ eſt teſtimoniũ eiꝰ. V.
Quanta audiuimꝰ et cognouimꝰ
ea ⁊ p̄res nr̄i narrauerũt nobis.
Cōmendat Lec. viij. Et ſci.
etiā teſtimoniũ euangelice de-
ſcriptiōis q̄d veritate diuina
ſubnixũ nullus fideliũ dubi-
tare p̄mittit. Cōmēdat placi-
dā ſue carniſ abſolutionē quā
dño ſpēaliter ſe viſitāte prece-
pit vt pfecte lectiōis huiꝰ p̄n-
cipia cōſiderare valeamꝰ liber
ſupioris parumper attēdere.
Apparuit dñs poſt reſurrec-
tionē diſcipulis ſeptē inter q̄s
erat petrꝰ et iohānes fruſtra i
piſcādo tota nocte laborātes
⁊ ſtās in littore copioſa rhete
coꝝ multitudie piſciũ ipleuit.
Tu. R. Iſte ē iohānes q̄ ſupra
pectꝰ dñi in cena recubuit. Btũs
apl's cui reuelata ſũt ſecreta cele
ſtia. V. Iſte ē iohānes cui chr̄s i
cruce matrē v̄ginē v̄gini cōmen-
Morcꝫ Le. ix. dabat. Btũs.
egreſſus ad terrā inuitauit ad
prandiũ. ⁊ int̄ prādēdũ tertio
an ſe amaret interrogauit pe-
trũ. ac tertio amore ꝯfitēti q̄a
ter eũ negauerat ⁊ tertio paſ-
cēdas oues cōmiſit. Ac deinde
q̄a p earũdē ouiũ idē aiaꝝ fide
liũ cura paſtorali vſq; ad mar
tiriũ cruc' eēt p̄uenturꝰ intima
uit dicēs. Amē amē dico tibi:
cũ eēs iunior cingebaſ te ⁊ am
bulabas vbi volebas. cũ aũt
ſenuer' extendes manꝰ tuas ⁊
aliꝰ te cinget ⁊ ducet q̄ tu non
vis. R. In medio eccl'ie aperu-
it os eius. Et ipleuit eũ dñs ſpũ
ſapiētie ⁊ itellectꝰ. V. Miſit dñs
manũ ſuā ⁊ tetigit os meũ. Et i.
V. In oēm terrā exiuit ſonꝰ eorũ
all'a. Et i fines orbis terre verba
coꝝ all'a. Laud. Hic ē diſcipl's
ille q̄ teſtimoniũ p̄hibuit ⁊ ſcimꝰ
q̄a verũ eſt teſtimoniũ eiꝰ. An.
Hic ē diſcipulus meꝰ ſic eũ volo
manere donec veniā. An. Sũt
de hic ſtātibꝰ q̄ nõ guſtabũt mor
tē donec videāt filiũ hoīs in reg
no ſuo. An. Ecce puer meꝰ elec
tus quē elegi poſui ſup eũ ſpiritũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

meũ. Añ. Sic eũ volo manere
donec veniã tu me ſeq̃re. Capl'.
QVi timet deũ faciet bo-
na ⁊ q̃ ꝯtinẽs eſt iuſticie
apprehẽdet illã: ⁊ obuiauit il
li q̃ſi mat' honorificata. Deo.
℣. Nimis honorati ſt' amici tui
de⁹ all'a. Nimis ꝯfortat⁹ eſt ṕnci
pat⁹ eoꝝ all'a. Sup Bñd. Iſte
ẽ iohãnes q̃ ſup̃ pect⁹ dñi in cena
recubuit btũs apl's cui reuelata
ſũt ſecreta celeſtia. Coll'. Eccle
ſiã tuã. vtš. Sequit' añ. Ecce
nomẽ dñi emanuel qđ annũcia-
tũ ẽ p gabrielẽ. hodie apparuit ĩ
iſrael p mariã ṽginẽ magn⁹ rex.
℣. Bñdict⁹ q̃ venit in noĩe dñi.
Coll'. Concede q̃s oṗs de⁹ vt
nos vnige. vtš. Kria ad ho-
ras de aplis. In vš ſuper pš.
Iurauit dñs ⁊ nõ penitebit eum
tu es ſacerdos ĩeternũ. Pš. Di
xit dñs. Añ. Collocet eũ dñs
cũ ṕncipib⁹ ppl'i ſui. Pš. Lau-
date pueri dñ. Añ. Diſrupiſti
dñe vincula mea tibi ſacrificabo
hoſtiam laudis. Pš. Credidi.
Añ. Eũtes ibãt ⁊ flebãt mitten
tes ſemĩa ſua. Pš. In ꝯuerten
do: Añ. Cõfortat⁹ eſt ṕncipat⁹
eoꝝ ⁊ honorati ſũt amici tui de⁹.
Pš. Dñe probaſti. Hym. A
ſol' ort⁹. Capl'. vtš. ℣. Cõſtitu-
es eos ṕncipes ſup oẽm terram.
Sup mgt. In medio eccl'ie ape
ruit dñs os ei⁹ ⁊ ĩpleuit eũ ſpũ ſa
piẽtie ⁊ ĩtellect⁹ all'a. Coll'. vtš.

Añ. de feſto. Paſtores loq̃bant'
ad ĩuicẽ tranſeam⁹ bethlehẽ ⁊ vi
deam⁹ hoc ṽbũ qđ dñs oñdit no
bis all'a. ℣. ⁊ Coll'. de feſto. Se
quit' de Innocẽtib⁹. Splendet
bethlehemitic⁹ cãp⁹ ⁊ cãdidata
turba ĩfantiũ p̃cioſa corpa p chro
ceſa iacẽt ſub herode. ℣. Letamĩ
ĩ dño ⁊ exultate iuſti all'a. Et gl'a
DMi oẽs recti corde. Coll'.
E⁹ cui⁹ hodierna die pre
coniũ ĩnocẽtes martires nõ lo
quẽdo ſed moriẽdo ꝯfeſſi ſũt:
oĩa in nobiſ vitioꝝ nr̃oꝝ mala
mortifica vt fidẽ tuã quã ling
ua nr̃a loquit' etiã morib⁹ ⁊ vi
ta fateamur. Do. no. Inuita.
Regẽ regũ dñm venite adorem⁹
Quia ipe ẽ corona ſctõꝝ martiꝝ.
Pš. Venite. ſine Gl'a pa. ni
ſi ſit dies dñica. Nõ in choro
maioꝝ eccl'ie Pad. dr Gl'a pa.
in Venite. in Kryis ad hõs ⁊
ĩ matuti. ⁊ ĩ introitu miſſe. licʒ
ĩ dioceſi ad p̃dicta nõ dr Gl'a.
nec all'a ad vſi. ſiue etiã ad R.
niſi ipm feſtũ in diẽ dñicã ceci
derit. qꝛ tũc hec oĩa ſolẽnit' ſer
uant'. In. j. noct. Herodes vi-
dens quia illuſus eſſet a magis
miſit in bethlehem ⁊ occidit oẽs
pueros qui erant in ea et in om-
nibus finibus eius. Pš. Bea-
vir qui. Aña. Chriſtus infans
non deſperit ſuos coetaneos mi
lites. ſed prouexit quibus de-
dit ante triumphare q̃ꝫ loqui.

Ps̄. Quare fremue. An̄. Ar-
ridebat paruulus occiſori gladio
adiocabat̄ infantulus nutric⁊ lo
co attēdebat lactēs ꝑcuſſor⁊ hor
rorē. Ps̄. Cū inuocarē. V. Be
ati q̄ habitant in domo tua dn̄e.
all'a. In ſecl'a ſecloꝝ laudabūt te
all'a. Sermo ſeuerini epi. Lec.
Zelus q̄ tendat: q̄ pria.
ꝓſiliat liuor: īuidia q̄ fe
rat̄. Herodiana hodie patefe
cit immanitaſ. Que dū tpalis
regni ꝯemulat̄ anguſtias: et̄ni
regis ortū molit̄ extinguere.
Tūc herodes inq̄t vidēs q̄a
illuſus eēt a mag⁊: miſit i be-
thlehē ⁊ occidit oēs pueros q̄
erāt in ea ⁊ in omib⁹ finib⁹ ei⁹.
R. Sub altare dei audiui voces
occiſoꝝ dicētiū. Quare nō defen-
dis ſanguinē nr̄m ⁊ acceperūt di
uinū reſponſum adhuc ſuſtinete
modicū tp̄s donec impleat̄ nūe-
rus fratrum vroꝝ. V. Vidi ſub
ara dei aīas ſctōꝝ ꝓpter vbū dei
qd̄ habebāt ⁊ clara voce dicebāt
Dolet impie Lec. ij. Quare.
tas ſe eſſe deluſam dilatans ſe
crudelitas furit. fremit doloſi
tas ſe eſſe deceptā et i ſe fraus
reuerſa collidit̄. Herodes ſtri
det cadēs ipē i laqueū quē te-
tēdit. Hic iniq̄tatē quā ꝯſide
rat euaginat de fide ꝑfide ſu-
mit arma terreno querit furo
re quē natum celit⁹ nō credit.
R. Effuderūt ſanguinē ſctōꝝ ve
lut aquā. In circuitu irl'm ⁊ non
erat q̄ ſepeliret. V. Vindica dn̄e
ſanguinē ſctōꝝ q̄ effuſus eſt. In.
Herodes ad ſin⁹ma Lec. iij.
trū militū cogit caſtra int̄ vbe
ra arcē pietat⁊ oppugnat in te
neris vberib⁹ ferrū durat lac
fundit an̄q̃ ſanguinē dat an-
te mortē ſentire q̃ vitam tene
bras ingerit itrātib⁹ lucē. Sic
agit magr̄ mali. miſter doli. ire
artifex. inuētor ſceler⁊. impieta
t⁊ auctor. pietat⁊ predo. inimi
cus innocētie. hoſtis nature.
ſuis peior peſſim⁹ ſibi. quem
chīs nō vt euaderet ſed ne vi
deret̄ aufugit. Tu. R. Sb tro
no dei oēs ſcti clamāt. Vindica
ſanguinē nr̄m de⁹ noſter. V. Sb
altare dei audiui voces occiſoꝝ
clamantiū ⁊ dicentiū. Vindica.
In. ij. noct. Morūt infantes lau
dare deū q̄ loqui nō nouerāt ſūt
piti laude q̄ fuerāt impiti ſermōe
Ps̄ Verba mea. An̄. Erigit̄
itaq̃ infantū etas in laude q̄ de-
lictoꝝ nō nouerat crimen. Ps̄.
Dn̄e dn̄s no. An̄. Dign⁹a di-
gnis laudat̄ ⁊ innocēs innocen-
tiū teſtimōio cōprobat̄. Ps̄. Cō
ſerua. V. Exultēt iuſti ī ꝯſpectu
dei. Et delectēt̄ ī iuſticia. Le. iiij.
Herodes in altū tendēs
cadit ab alto celum pul
ſans intrat ꝓfundū in ſe va-
dit cū vadit in deū ſe occidit q̄
vitā conat̄ occidere q̄a capere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nō pōt ꝑditionē ſalus. occiſio
nē vita: eternitas finē. O am
bitio ꝗ̄ ceca ſꝑ. O ꝗ̄ ꝑ̄ſump-
tio peſſima. O quā perdit cō-
ceſſa qui incōceſſa captat. R.
Adorauerūt viuentē in ſecula ſe-
clor mittētes coronas ſuas. Añ
thronū dei ſui. V. Venientes aūt
veniēt cū exultatōe portātes ma
nipulos ſuos. Añ thro. Lect. v.
Herodes obſidēs terrenū re
gnū. ipugnat celeſte. terrenis
inhiās irruit in diuina. Ipſam
ꝗ̄ pietatē oīm ipietate ſectat.
audierat eñi natū regē deſtina
tus ad ſcelus. ad piaculū prō
ptus. parat⁹ ad crimē. cauſas i
nocētie nō reqrit: Ius abne-
gat. cōfundit faſq̄ nephaſq̄.
cui neqtia ē ſodalis. cui odio-
ſa eſt equitas. iniqtas eſt ſem-
ꝑ amica. Qui cedib⁹ viuit q̄ ſe
viuit ſanguine. q̄ crudelitati
bus ſeuit. cui de timore ſtat to
tū de amore nihil ꝯſtat. Tu a.
R. Iſti ſūt ſancti q̄ paſſi ſunt ꝓ
pter te dñe vīdica eos. Quia cla
māt ad te quotidie. V. Vindi-
ca dñe ſanguinē ſctoꝝ q̄ effuſus
eſt. Quia. Lec. vi.
Herodes
tūc cecus ſic chrm gladijs que
rit: inueſtigat cruore. crudeli-
tate rimat. ſucceſſorē timēs. in
ceſſit in auctorē. ꝑmit innocen
tes. volēs innocentiā deperi-
re. Innocētis cām facit nocen
tiū crimē. mun⁹ nati natoꝝ v-
tit in penā. auctoris ortū oriē-
tiū mandat occaſum. negociū
ſaluantꝭ. ſaluandoꝝ iubet eſſe
diſcrimē. Quoꝝ lingua tacuit
oculi nil viderūt. nil audierūt
aures. man⁹ nil fecerūt. Et q̄-
b⁹ act⁹ nullus. vñ culpe ſum-
pſerūt mortē q̄ viuere neſcie-
rūt. Quib⁹ apud herodē ſolū
qd̄ nati ſūt hoc fuit crimē. T.
R. Iſti ſunt ſancti q̄ nō inqna-
uert veſtimēta ſua. Ambulabūt
mecū in albis quia digni ſūt. V.
Iſti ſūt q̄ cū mulierib⁹ nō ſūt co-
inqnati virgines eñi ſūt. Ambu.
In iij. noct. Añ. Dicūt infan-
tes dño laudes trucidati ab he-
rode occiſi ꝑ̄dicāt qd̄ viui nō po
terāt. Ps. Beati quoꝝ. Añ.
Licuit ſanguīe loqui q̄bus ling-
ua nō licuit miſcēt cū dño collo-
q̄a quib⁹ hūana negata ſūt vba.
Ps. De⁹ venerūt. Añ. Sang
uis ſctōꝝ martirū ꝓ chro effuſus
ē in terris. ideo adepti ſunt ꝑ̄mia
ſempiterna. Ps. Quā dilecta.
V. Iuſti aūt in ꝑpetuū viuēt. Et
apud dñm ē merces eoꝝ. Sm
I N illo tpe. An- Math
gelus dñi apparuit in ſō
nijs ioſeph dicēs. Surge ⁊ ac
cipe puerū ⁊ matrē ei⁹ ⁊ fuge i
egiptū: ⁊ eſto ibi vſq̄ dū di-
cam tibi futurū ē eñi vt hero-
des querat puerū ad ꝑdendū
eū. Et reliq. Omel. venerabi.
De morte ꝑ̄cio- Bede pbri.

ſa martirũ chꝛi innocentũ ſa-
cra nobis eſt frẽs chariſſimi
euãgelij lectio recitata in q̃ tñ
oĩm chꝛi martirũ p̃ciosa eſt in
ↄſpectu dñi mors deſignata.
Q̃d em̃ parui occiſi ſũt ſignifi
cat p hũilitat̃ meritũ ad mar
tirij ꝑueniendũ glãm. ⁊ q̃a ni
ſi ↄuerſus fuerit q̃s ⁊ effectus
vt paruulꝰ nõ poſſit aĩam da-
re ꝓ chꝛo. Tu. ℞. Ambulabũt
mecũ in albis qm̃ digne ſũt. Et
nõ delebo noĩa eoꝝ de libro vite.
℣. Hij ſũt q̃ cũ mulierib9 nõ ſũt
coinq̃nati v̑gines em̃ ſũt. Et nõ.
Q̃d in bethlehẽ ⁊ in Le. viij.
om̃ibꝰ finibꝰ eiꝰ infantes occiſi
ſũt. Oſtendit nõ ſolũ in iudea
vñ eccl̃ie cepit origo. Sed ⁊ ĩ
om̃ibꝰ eiuſdẽ eccl̃ie finibꝰ q̃cũ-
q̃ꝫ ꝑ orbẽ diffuſa ẽ ꝑſecutionẽ
ſeuiturã ꝑfidoꝝ ⁊ pioꝝ paciẽ-
tiã eſſe coronãdã. Qui bini oc
ciſi ſũt. Doctrina ⁊ opatiõe ꝑ-
fectos indicat q̃a v̑o infra ſim
plices vl̃ ydiotas fidei tñ nõ fi
cte ↄſtãtia fortes eque denũci
at. ℞. Cãtabãt ſcti cãticũ nouũ
añ ſedẽ dei et agni. Et reſonabat
terra in voces eoꝝ. ℣. Sub tro
no dei oẽs ſcti clamabãt vindica
ſanguinẽ nr̃m deꝰ nr̃. Et reſona.
Q̃d illi quidẽ occiſi Lect. ix.
ſũt. ꝫ chꝛs q̃ querebat̃ viuens
euaſit inſinuat corpora q̃dem
ab impijs poſſe ꝑimi. ꝫ chꝛm
ꝓ quo ꝑſecutio ſeuit nullate-
nus eis vel viuentibꝰ vel occi
ſis poſſe auferri ſed eos vera-
citer p̃ſtari q̃a ſiue viuimꝰ dño
viuimꝰ ſiue morimur dño mo
rimur. Siue em̃ viuimus ſiue
morimur dñi ſumꝰ. Tu a. ℞.
Centũ quadraginta q̃ttuoꝛ mil-
lia q̃ empti ſũt de terra hij ſũt q̃
cũ mulieribꝰ nõ ſunt coinq̃nati.
Virgines em̃ ꝑmanſerũt ⁊ ideo
regnãt cũ deo ⁊ agnꝰ dei cũ illis.
℣. Iſti ſũt q̃ venerũt ex magna
tribulatõe ⁊ lauerũt ſtolas ſuas
in ſanguĩe agni. Virgi. Te deũ
non dicit̃ niſi ſit dies dñicꝰ tũc
dicit̃ Te deũ. ℣. Letamĩ in dño
⁊ exultate iuſti. Laudes. Hero
des iratꝰ occidit pueros multos
in bethlehẽ iuda ciuitate dauid.
Añ. A bimatu ⁊ ĩfra occidit mľ
tos pueros herodes ꝓpter dñm
Añ. Vox in rama audita ẽ plo
ratus ⁊ vlulatꝰ rachel ploꝛãs fi
lios ſuos. Añ. Sub trono dei
oẽs ſcti clamãt vĩdica ſanguinẽ
nr̃m deꝰ nr̃. Añ. Cãtabãt ſcti cã
ticũ nouũ añ ſedẽ dei ⁊ agni ⁊ re
ſonabat terra ĩ voces eoꝝ. Cap.
Vidi ſupra montẽ ſyõ ag
nũ ſtantẽ ⁊ cũ eo centum
q̃draginta q̃ttuoꝛ milia habẽ
tes nomẽ eiꝰ ⁊ nomen p̃ris eiꝰ
ſcriptũ in frontibꝰ ſuis. ℣. Iu
ſtoꝝ aĩe in manu dei ſũt. Et non
tãget illos tormẽtũ malicie. Su
ꝑ Bñdic. Hij ſũt q̃ cũ mulieri
bus nõ ſũt coinq̃nati v̑gines em̃

ſūt ⁊ ſequūt agnū quocūq; ierit.
D Eus cuiꝰ hodier Coll.
na die p̄coniū innocen-
tes martyres nō loquēdo ſed
moriēdo ꝯfeſſi ſūt: oīa in nob
vitioꝝ nr̄oꝝ mala mortifica vt
fidē tuā quā lingua nr̄a loqui
tur etiā moribꝰ ⁊ vita fateatur
Dn̄m no. Sequit feria. Sctā
⁊ īmaculata v̾ginitas qbꝰ te lau
dibꝰ referā neſcio. qa quē celi ca-
pere nō poterāt tuo gremio ꝯtu
liſti. ℣. Bn̄dictꝰ q venit ī noīe
dn̄i. Coll. Cōcede q̄s oṗs ⁊c.
vts̄. Ad horas de laudibꝰ ſine
hymnis ⁊ Kyria de martiribꝰ ſi
ne all'a. niſi ſit dies dn̄icꝰ tunc
dicit ad Kyria all'a. Ad vs̄ ſu-
per ps̄. Tecū p̄ncipiū. Hym. A
ſolis ortus. Capl'. vts̄. ℣. Ex-
ultent iuſti in ꝯſpectu dei. Sup
mḡt. Hij ſūt q venerūt ex mag
na tribulatōe ⁊ lauerūt ſtolas ſu
as ⁊ dealbauerūt eas in ſanguīe
agni. Coll'a. Deꝰ cuiꝰ hodier.
die. vts̄. Sequit An̄. Hodie
intacta v̾go deū nobis genuit te
neris indutū mēbris quē lactare
meruit oēs ipm adoremꝰ q venit
ſaluare nos. ℣. Verbū caro fac
tū ē. Coll. Cōcede q̄s oṗs ⁊c.
Sequit de ſctō Thoma. An̄.
Qui eū voluerit. vts̄ in cōi. ℣.
Glia ⁊ honore coronaſti eū dn̄e.

Collecta.

D Eus ꝑ cuiꝰ glia glōſus
martir ⁊ pontifex tho-
mas gladijs impioꝝ occubu-
it. preſta qs̄. vt oēs q eiꝰ im-
plorāt auxiliū pie petitōis ſue
ſalutarē ꝯſequāt effectū. Per.
Nota in matuti. ⁊ in vs̄ poſt
Bn̄dicamꝰ. ſp ſubiūgit an̄. de
ſctō thoma martire cū Coll'a.
ſua. A die innocētū dicit Te
deū. ſingulis diebꝰ vſq; in vi-
giliā Ephie. ⁊ nulla ſuffragia
Si occurrerit dies dn̄icꝰ infra
iſtos tres dies. iſte ſub ſequēs
ordo ſeruabit. Inuita. Chrīus
natꝰ eſt no. In. j. noct. Dn̄s dix
it ad me. Ps̄. Quare fremue.
An̄. Tanq̄ ſpōſus. Ps̄. Celi
enar. An̄. Diffuſa eſt gr̄a. Ps̄.
Eructauit. ℣. Tanq̄ ſponſus.
Lect. j. Sermo Maximi epi.
I Uſtiſſime fr̄es chariſſimi
feſtiuitate p̄ntꝭ diei ī oīe
gaudiū ſe totꝰ vbiq; ſuſcitat
mōs qa hodie ꝓmiſſus a ſe-
culis vniuerſo orbi iudex ortꝰ
eſt redēptor. Et neceſſe ē vt in
cōe nos oēs futuri examinis
reſurrectiōiſq; ꝓmiſſe ſaluta-
rē ſuſcepimꝰ fidē habeamꝰ me
tū quidē de iudice ſed de redē
ptore leticiam. Tu autem do.
Rn̄. Hodie dominus ex vtero
virginis naſci dignatus eſt in
quē regnando ingreſſus eſt. Vt
nos redimeret. V̄ſus. Hodie do
minus celorum rex per virginē
naſci dignatus eſt. Vt nos redi.

O mĭs nãqȝ fidelis Lect.ij.
aĭa timore corrigit correctõne
letat. Et in hoc chariſſimi q̄n
ta erga hũanũ gen⁹ oĩpoten
tis pr̃is diſpẽſatio ē quãtaue
benignitas vt quē iudicē pre-
parabat incredulis hũc credi
turis p̄mitteret redẽptorē q̄te
nus p̄currẽs miſericordia ſe-
ueritatē aductantis iudic̄ p̄-
ueniret. R. Stã z venerabilis
v̓go q̄ ſine tactu pudoris inuēta
ē mater ſaluatoris. Jacebat ĭ p̄-
ſepio z fulgebat in celo. V. Dñe
audiui auditũ tuũ z timui ↄſide
raui opa tua z expaui in medio
duũ aĭaliũ. Jacebat. Lectio.iij.
Hodie itaqȝ nat⁹ eſt chr̄s ſed
in natiuitate ei⁹ nr̃a oĩm habȝ
vita natalē quia q̄ p̄uilegia p̄
me natiuitat̄ amiſim⁹ viſitan
te nos chr̄o ſanctiori partu re-
dim⁹ ad vitam. Hodie pepit
maria ſed ip̄a ſuũ p̄turiuit au
ctorē. Hodie edidit mõo ho-
minē quē nõ ſuſcepit ab hoĭe.
R. O regē celi cui talia famulãt
obſequia ſtabulo ponit q̄ ↄtinet
mundũ. Jacet in p̄ſepio z in nu-
bibus tonat. V. Dñe audiui au
ditũ tuũ. Jacet. In.ij.noct.añ.
Rex oĭs terre. Ps. Dẽs gẽtes
Añ. Suſcepim⁹ de⁹. Ps. Ma
gnus dñs. Aña. Orief. Ps.
De⁹ iudiciũ. V. Notũ fecit dñs
ſalutare ſuũ. Lectio.iiij.
Quid ē hoc miracl̄i frẽs
Naſcit caro de carne nõ tamē
gñata p̄ carnē z ſecreto q̄dã i-
cõprehẽſo ↄceptu: Procedit
de mortali femĭa. diuina p̄ge
nies. Nec mirũ ſane ſi extitit
diuina natiuitas vbi nõ erat
hũana ↄceptio aut ſi illã ma-
trē nõ violauit part⁹ quã coi-
tus nõ fedauit. R. Ecce agn⁹
dei qui tollit pctã mõi ecce de q̄
dicebã vobiſ. Qui poſt me venit
añ me fact⁹ eſt cui⁹ nõ ſum dign⁹
corrigiã calciamenti ſoluere. V.
Hoc ē teſtimoniũ q̄ð p̄hibuit io
hãnes. Qui poſt. Lectio quĭta
Ait ille futuroꝝ quondã con
ſcius yſaias pp̄lis z gentib⁹ ſi
gnũ noue ſalutis aperiẽs. Ec-
ce v̓go inq̄t in vtero ↄcipiet z
pariet filiũ z vocabit nomen
eius emanuel q̄ð ē interp̄tatũ
nobiſcũ de⁹. Atqȝ vt auerta-
mus noui z veter̄ teſtamenti
vnũ eſſe ↄſenſum vnũqȝ cõſi-
liũ: ait beatiſſim⁹ lucas dñice
gñatiõis relator egregi⁹ dicẽs
Miſſus ē angel⁹ gabriel a deo
ad virginē deſpõſatã viro cui
nomē erat ioſeph. z ait ad illã
Ecce ↄcipies ĭ vtero z paries
filiũ z vocabiſ nomē ei⁹ ieſum
Jeſus autē chariſſimi latino
ſermõe ſaluator dicit. R. Te
laudãt angeli ſctã dei genitrix q̄
virũ nõ cognouiſti et dñm in tuo
vtero baiulaſti ↄcepiſti p̄ aurem
dñm nr̃m. Vt bñdicta dicar̄ int̄

oẽs mulieres. ℣. Ipſm genuiſti
ꝛ in ꝑſepe poſuiſti quem adorat
multitudo angeloꝝ. Vt. Lc. vi.
Ecce q̃liter ſeinuicẽ ꝯcordãti
bus ſentẽtijs teſtimõia diuia
ꝯfirmant. Et cũ ꝑdicantiũ di
uerſa ſũt tpa nõ tñ diuerſa nar
ratio nam partũ virginis quẽ
ille ꝑdixerat: iſte teſtat. Quis
igit de diuinitate chr̃i q̃s de re
dẽptõne cunctet quẽ ꝛ yſaias
ꝯfitet deũ ꝛ gabriel annũciat
ſaluatorẽ? Quis intacte puer
pere aluũ dubitet floruiſſe qđ
vno ore pene atq; eodẽ ſpũ ꝓ
loquunt euãgeliſta. angel⁹. et
ꝓpheta vbi tãti taleſq; ſũt te-
ſtes nõ erubeſcit veritas ſed
auditor incredulus ꝯfundit.
℟. Bñdict⁹ qui venit ĩ noĩe dñi
Deus dñs ꝛ illuxit nobis. ℣. La
pidẽ quẽ reprobauerũt edifican
tes hic fact⁹ eſt in caput anguli a
dño factũ ẽ iſtud ꝛ ẽ mirabile in
oculis nr̃is. De⁹ dñs. In. iij. no
ctur. Añ. Veritas de ter. Ps.
Bñdixiſti dñe. Añ. Ipẽ inuo
cauit me all'a pater me⁹ es tu all'.
Ps. Miſcdias dñi. Añ. Le-
tet celi. Ps. Cantate j. ℣. Vi
derũt oẽs fines terre. Salutare
In illo tpe. S. Lucã. dei.
Erãt pater ieſu et mater
ammirãtes ſup hijs q̃ dicebã
de eo. Et reli. Omel. Oꝛienis.
Cõgregem⁹ in vnũ q̃ in ortu
ieſu dicta ſcriptaq; ſũt de eo ꝛ
tũc ſcire poterim⁹ ſingula q̃q;
digna eſſe miraclo. Quãobrẽ
mirabat ꝛ pater ſic eñi appel-
lat⁹ eſt ioſeph q̃a nutrici⁹ fuit
mirabat ꝛ mater ſup oĩb⁹ q̃ di
cebant de eo. Que nã ergo ſũt
q̃ de paruulo ieſu fama diſpſe
rat? paſtores erãt in regione
illa. vigilãtes ꝛ cuſtodiẽtes vi
gilias noctis ſup gregẽ ſuum
Venit angelus ſub iſta hora
natiuitatis ieſu: ꝛ ait ad eos.
Annũcio vobis gaudiũ mag
nũ ite ꝛ inuenietis infantẽ iuo
lutũ pannis et poſitũ ĩ pſepio
Tu. ℟. Congratulamini mihi
oẽs q̃ diligitis dñm quia cũ eẽm
paruula placui altiſſimo. Et de
meis viſcerib⁹ genui deũ ꝛ hoĩeꝫ
℣. Btãm me dicẽt oẽs gñatões
qꝛ ancillã hũilẽ reſperit dñs. Et.
Necdũ angel⁹ v̓ba Lec. viij.
finierat ꝛ ecce multitudo cele
ſtis exercitus laudare cepit et
bñdicere deũ Cũ hoc paſtores
trepidi ꝓſperiſſent et angel⁹
receſſiſſet ab eis dixerũt ad ſe-
inuicẽ. Eam⁹ vſq; bethlehẽ et
videam⁹ verbũ qđ dñs oñdit
nobis. Venerũt et inuenerũt
paruulũ tam illi q̃ʒ parẽtes q̃
facta fuerant mirabant. Et de
ſymeone ſcribit qđ rumorem
auxerit ꝛ miraculi chr̃i vel ma
gna pars fuerit. ℟. Cõtinet in
gremio celũ terrãq; regẽtẽ. Vir
go dei genitrix ꝓceres comitãt

Metiles ꝑ quos orbis ouās chri
ſto ſub ꝑncipe pollet. ℣. Domꝰ
pudicī pectoris templū repēte fit
dei intacta neſciēs virū ṽbo ↄce
pit filiū. Virgo dei. Lectio .ix.
Tenuit eū puerū in manibꝰ
ſuis es ait. Nūc dimittꝭ ſeruū
tuū dn̄e ſm ṽbū tuū in pace.
q̄a viderūt oculi mei ſalutare
tuū. Faſtigiū ⁊: vt ita dicā: cul
mē ſup hijs q̄ iactabant̄ de ie
ſu ⁊ pater ⁊ mater mirabant̄:
ſermo ſymeonis fuit. Nō eñi
ſufficit et ei tenere puulū et ea
q̄ de ſemeipō ſcripta ſūt ꝓloq̄
ſ̄ bn̄dixit pr̄i illiꝰ et mr̄i. Et de
ipō q̄ꝫ ꝓphetauit infāte dicēs
Ecce hic poſitꝰ eſt i ruinā ⁊ re
ſurrectionē mltoꝝ i iſrael ⁊ i ſi
gnū cui ↄtradicet̄. Tuā q̄ꝫ ip
ſiꝰ aīam ꝑtrāſibit gladiꝰ vt re
uelent̄ de multꝭ cordibꝰ cogita
tiōes. Tu. ℟. Cōfirmatū ē cor
virgis in q̄ diuina miſteria ange
lo narrāte ↄcepit ⁊ forma ꝑ filijs
hoīm caſtis ↄcepit viſceribꝰ ⁊ be
nedicta ineternū. Deū nobis ꝓ
tulit et hoīem. ℣ Domꝰ pudici
pectorꝭ templū repente fit dei in
tacta neſciēs virū ṽbo ↄcepit fi
filiū. Deum nobis. ℣. Notū fe
cit dn̄s. Laudes Añ. Quē vi
diſtis. vna tm̄ ſm qd̄ occurrit
Quāto tpe he Caplm.
res paruulꝰ eſt nihil dif
fert a ſeruo cū ſit dn̄s oīm ſed
ſub tutoribꝰ ⁊ actoribꝰ ē vſqꝫ
ad p̄finitū tempꝰ a p̄re. ℣. Be
nedictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i. Su
ꝑ Bn̄dic. Añ. Dū mediū ſilē
tiū teneret oia ⁊ nox in ſuo curſu
iter ꝑageret omīpotēs ſermo tu
us dn̄e a regalibꝰ ſedibꝰ venit al
Omp̄s Colla. leluia.
ſempiterne deꝰ dirige ac
tus nr̄os in bn̄placito tuo vt
in nomīe dilecti filij tui merea
mur bonis opibꝰ habundare
Qui tecū. Nota ſi dn̄ica īfra
iſtas tres dies nō occurrit. ſta
tim ꝓxima die poſt Innocen
tū legit̄ omel. dn̄icalis et tres
p̄me añe. cū ſuis pſ̄ et tria R̄
de dn̄ica. Hodie dn̄s. Cū aūt
legit̄ omelia dn̄icalis nō dicit̄
aliq̄ feria ſed tm̄ añ. de euāge
lio ſup bn̄dictꝰ. Laudes Añ.
Quē vidiſtis. tm̄ ſola. Cap. et
Colla. de dn̄ica. Ad horas de
laudibꝰ. Quē vidiſtis. ſm qd̄
occurrūt. In ſcd̄is veſpis Añ.
Tecū principiū. Hym. A ſol
ortus. Capl. Quāto tpe. vrs
℣. Verbū caro factū eſt. Sup
mḡt. Puer ieſus ꝓficiebat eta
te ⁊ ſapiētia apud deū et hoīes.
Colla. Omp̄s ſempit̄ne deꝰ.
vrs. Nota ſcd̄a die ſi nō ē dn̄i
ca. Inuitato. Chr̄s natꝰ eſt no.
Tres añe tres pſalmi de die
ſcā ſicut occurrūt ⁊ tria R̄ia
de hiſto. Hodie dn̄s ex vtero
virgis. ſm qd̄ occurrūt. Le. j.
Hodie fratres chariſſimi
chr̄s natꝰ eſt nos renati.
Hodie ſaluator mūdi ꝑ matrē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

naſcendi tp̄s accepit q̄ de p̄re
natiuitat᷑ nō habet tp̄s. Ho
die p̱ hoīem fili᷒ dei ingreſſus
ē mūdū cui᷒ manu añ hoīem
fact᷒ eſt mōs. Hodie habita-
tor celi venit ad terras q̄ terra
rū incolas vocaret ad celum.
Tu. R. Hodie dn̄s. Fm q̄ð oc
Mirabilis in- currit. Lec. ij.
quit de᷒ in ſctis ſuis. Si i ſctis
ſuis mirabil' de᷒ quō nō ſeipſo
mirabil'. Si mirabil' in ioāne
quē naſci de p̄re ſeniſſimo ⁊ ſte
rili de mr̄e p̄cepit q̄nto magis
in ſe ē mirabilis q̄ vt nr̄e ꝯdi-
tionē carnis induceret nouū
v̄gini et ꝯceptū dedit ⁊ partū
Ait eñ ſctūs abacuc ꝓpheta
Dn̄e audiui auditionē tuā et
timui ꝯſideraui opa tua et ex-
Quis nō Lec. iij. paui. Tu.
pauefcat ⁊ metuat tāti ꝓfun-
ditatē miſterij q̄ñ quidē Vn᷒
idēqꝫ ſine ꝯceptōe nat᷒ eſt de᷒
⁊ ſine creāte fact᷒ eſt hō. Duaſ
in chr̄o gn̄atōes legim᷒ ſed in
vtraqꝫ incōp̄rehēſe diuinitat᷑
eſt virt᷒. Ibi eñ illū ex ſemet-
ipo genuit de᷒. hic eū v̄go deo
coopante ꝯcepit. Ibi ſine ini-
tio hic ſine exēplo. ibi nat᷒ vt
cōderet vitā. hic fact᷒ vt tolle-
ret mortē. ibi p̄ri nat᷒ hic hoi-
b᷒ ꝓcreat᷒. illa natiuitate ho-
minē fecit hac gn̄atiōe libera-
uit. Vitāqꝫ gn̄ationē eius nō
poſſe narrari ſentētia hec vna
cōplectit᷑. Illa eñ eſt añ hoīm
iſta ſupra hoīem illa incogita-
bilis iſta mirabilis. Ad Lau
des vna añ. tm̄ de laudibus.
Quē vidiſtis. Fm q̄ð occurrit.
Apparuit gr̄a Caplm.
ſaluatoris nr̄i dei omīb᷒
hoībus erudiēs nos vt abne
gātes impietatē ⁊ ſeclaria de-
ſideria ſobrie et iuſte et pie vi-
uam᷒ in hoc ſeclo. V. Bn̄dict᷒
qui venit i noīe dn̄i. Sup Bn̄-
dic. Cōtinet in gremio celū terrā
qꝫ regentē v̄go dei genitrix ꝓce-
res comitant᷑ heriles p̱ q̄s orbis
ouans chr̄o ſub principe pollet.
Colla. Cōcede q̄s ōps de᷒.
vt i die ſctō. Ad horas de lau-
dib᷒ añ. Quē vidiſt᷑. Fm q̄ð oc
currit. Kria vt in die ſctō. In
ſcd̄is vs̄ Añ. Tecū principiū.
Hym. A ſolis ort᷒. Caplm.
Apparuit gr̄a ſaluator᷑. vſ.
V. Verbū caro fac. Sup mḡt.
Btūs vēter q̄ te portauit chr̄e et
btā vbera q̄ lactauerīt dn̄m ⁊ ſal
uatorē mūdi all'. Coll'. Cōce. q.
o. de᷒. vt i die ſctō. Tertia die
Inuita. ſi nō ē dn̄ica. Chr̄s na
t᷒ ē no. Itē tres añ. ⁊ tres pſ.
de ſctā nocte cū vſi. Fm q̄ð oc-
In aduentu currit. Le. j.
dn̄ico fr̄es chariſſimi ſo-
lut᷒ eſt oīs patne p̄uaricatōis
met᷒ quē diabolic᷑ dudū frau
dib᷒ icurrit circūuēta mortali-
tas. Adeſt eñ nob celi terreqꝫ
iudex q̄ reſciſo cyrogr̄pho delic
tor reatū nīm miſat᷒ abſoluit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN CIRCUMCISIONE



Adeſt ille dñs q̄ iugū captiui
tatis antiq̄ a ceruicib⁹ ſoluēs
merorē mūdi eterna libertate
letificet. Adeſt rex ille māſue-
tus qui p ſpacia toti⁹ orbis ce
leſtis iuſticie greſſib⁹ incedēs
ſupbientē furētis inimici ꝯte-
rat tyrannidem. Kria. Hodie
dñs. ſcōm qđ occurrūt. Le.ij.
Hodie pturiēte maria nat⁹ ē
nobis dei fili⁹ vt vel germane
germinantꝰ carnis nr̄e ꝯcepti
one ꝓduct⁹ creato a ſe homi ꝛ
pietatē paternā ꝛ fraternū lar
gireť effectū. Quia natus ſane
ab intacta eſt femia vt eū pari
ter ꝛ hoiem teſtareť part⁹ hūa
nus ꝛ ꝓbaret eterna virgini-
tas. Nā ſicut nō poterat niſi
caro de carne naſci ita nō po-
terat dei caro de femīeo vtero
niſi ſine gñante ꝓdire. Le.iij.
Propter qđ ait angelus bea
tiſſime marie. Spūſſctūs ſup
ueniet in te ꝛ virt⁹ altiſſimi ob
umbrabit tibi. Et qđ naſceť
ex te ſctm̄ vocabiť fili⁹ dei. Id
circo tibi frater virtutē ſancti
ſpūs angelicus ſermo p̄dixit.
Ne piecturis carnalis diſpo
ſitiōis hebetat⁹ celeſte tibi ip̄e
miſteriū terrena argumētatōe
ꝯfundas. Aut nō putas eum
nouū puerū in aula v̄gis poſ
ſe formare q̄ cū primū cōderet
hoiem nec ſemē pr̄is nec viſce
ra materna queſiuit. Tu aūt.

Ad laudes vna añ. tñ de lau
dibus. Quē vidiſtis. ſcōm qđ
A ꝑpa occurrit. Capitl̄m.
Apparuit benignitas et hūa-
nitas ſaluatoris nr̄i nō ex opi
bus iuſticie q̄ fecim⁹ nos ſed
ſcđm miſcđiam ſuā ſaluos nos
fecit. ℣. Bñdict⁹ qui venit ī no-
mie dñi. Sup Bñdic. O regē
celi cui talia famulanť obſequia
ſtabulo poniť q̄ ꝯtinet mundum
iacet in p̄ſepio ꝛ in nubib⁹ tonat.
Coll'. Cōcede q̄s omp̄s de⁹.
vt ī die ſctō. Ad horas de lau-
dib⁹ añ. ſcđm qđ occurrūt. No
ta qñ lr̄a dñicalis eſt A tūc di
es Circūciſiōis dñi cadit in fe
riā ſcđam ꝛ vigilia Circūciſio
nis in die dñicā. tunc ſabbato
añ iſto modo ſeruabiť ad vſ.
aña. Tecū principiū. cū reliq̄s
añ. ꝛ ſuis pſ. Hym. A ſol' or
tus cardine. Capitl̄m. Quāto
tpe heres paruul⁹ eſt. ℣. Ver
bū caro factū eſt all'. Et habita.
Añ. ſup mḡt. Natus ē nobis
hodie ſaluator q̄ ē chr̄s dñs ī ci-
uitate dauid. Coll'. Omīpotēſ
ſempiterne de⁹. de dñica. Sꝫ
ad vſ. die dñica diciť de Cir-
cūciſiōis feſto. Et añ. Puer ie-
ſus. cū coll'a dñicali tm̄ omit-
tunť. ꝛ de dñica nihil dicetur.
In Circūciſiōe dñi in vſ ſup
pſ. añ. Tecū principiū. Hym.
A ſolis ort⁹. Capitl̄m.
Renouami in ſpū mētis

vīe et induite nouū hoīem q̄ ꝁm deū creat⁹ eſt in iuſticia et ſctitate veritat. Deo. ℣. Verbū caro factū. Sup mḡt. Qui de terra ē de terra loquit̄ q̄ de celo venit ſup oīes ē ⁊ qd̄ vidit ⁊ audiuit hoc teſtat̄ et teſtimoniū ei⁹ nemo accepit q̄ aūt acceperit ei⁹ teſtimoniū ſignauit q̄a de⁹ verax eſt. Colla. Deus qui hūane dignitat ſubſtā-tiā mirabiliter ꝯdidiſti ⁊ mirabili⁹ reformaſti. da nobis q̄ſ ei⁹ diuinitat eſſe ꝯſortes q̄ humanitatis nr̄e dignat⁹ es fieri pticeps. Qui tecū. Cōpletoriū vts̄ in die ſctō. Inuitato. Chr̄s nat⁹ ē no. In .j. noctur. aā Dn̄s dixit ad me. Ps̄. Quare fremue. Aā. In ſole poſuit tabernaculū ſuū et ip̄e tanq̄ ſponſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. Ps̄ Celi enar. Aā. Eleuami porte eternales et introibit rex glorie. Ps̄. Dn̄i ē ter. ℣. Tanq̄ ſpō. Lect. j. Sermo Maximi epi.

Quamq̄ȝ nō dubitē vos chariſſimi p paternā ſollicitudinē inſtructiōe diui ſermonis edoctos vniuerſas kalendarū ſupuenientiū vanitates declinare penit⁹ ⁊ horrere: ad pfectioris tñ emendatiōis augmentū nō me piguit viſitatū vr̄is aurib⁹ referre ſermonē ſicut ait btiſſim⁹ paul⁹. Fratres eadē vobis ſcribere mihi nō pigrū: vobis aūt neceſſariū. Tu. ℟. Hodie nobis celorū rex. ℣. Gl̄a i excelſis. Lec. ij.

